

**Sermo**

de ezechia. cui facta oratione. additi sunt quindecim anni ad vitam. Item sanitatem restituit. **Ecci. xxvij.** Fili tua infirmitate ne despicias te ipsum sed ora dominum et curabit te. **Jacobi ultimo** Oratio fidei saluabit infirmum. Item bona temporalia multiplicat. **ynoe. in .Regum. xvij.** Orauit ihelias et celum dedit pluuiam. et terra dedit fructum suum. Item pace et qui etem conseruat. **ynoe. i. Thymothei. ij.** Obsecro primum fieri obsecrationes. orationes. postulationes. gratiarum actiones. pro hoibus. pro regibus et omnibus qui in sublimitate sunt. ut quietam et tranquillam vitam agamus in omni pietate et castitate.

**In rogationibus** **Epistola Jacobi ultimo**

**R**erissimi confitemini alterutrum peccata vestra. et orate pro inuicem ut saluemini. Dulcum enim valet deprecari. **O iusti** affluens ihelias homo erat similis vobis passibilis et oratione orauit ut non plueret super terram. et non pluit annos tres et menses sex. Et rursum orauit ut celum dedit pluuiam et terra dedit fructum suum. **Si quis autem errauerit ex vobis a veritate. et conuerterit quis eum scire debet quoniam qui conuerterit peccatores ab errore vie sue. saluabit animam eius a morte. et operiet multitudinem peccatorum**

**Euangelium** **Luce. xi**

**I**n illo tempore Dixit ihesus discipulis suis. Quis vestrum habebit amicum. et ibit ad illum media nocte et

**seragelinus quintus**

158  
dicit illi Amice commoda mihi tres panes. quoniam amicus meus venit de via ad me et non habeo quod ponam ante illum. Et ille deintus respondens dicit. Noli mihi molestus esse iam hostium clausus est et pueri mei mecum sunt in cubile: non possunt surgere et dare tibi. Et ille si perseverauerit pulsans. dico vobis et si non dabit illi surgens eo quod amicus eius sit propter importunitatem eius. tamen surgat et dabit illi quotquot habet necessarios. Et ego vobis dico. petite et accipietis. querite et inuenietis. pulsate et aperietur vobis. Omnis enim qui petit accipiet. et qui querit inuenit. et pulsanti aperietur. Quis autem ex vobis patrem petit: panem nunquid lapidem dabit illi. aut piscem: nunquid pro pisce serpentem dabit illi. Aut si petierit ouem nunquid porriget illi scorpionem. Si ergo vos cum sitis mali nostri bona dare filijs vestris. Quanto magis pater vester de celo dabit spiritum bonum petenti vobis se.

**De Euangelio**  
**Sermo seragelinus quintus**

**P**etite et accipietis querite et inuenietis. pulsate et aperietur vobis. hoc euangelium in lecanijs legitur. quoniam ad orandum dum conuenimus. quod in eo bonitas et largitas domini declaratur. Bonitas. quod nos ad amorem filij sui accendit precipiendo facile. et quod nobis est utile. **Johannis. v.** Mandata eius gratia non sunt. **ps.** Bonorum meorum non egesset. **Largitas.** quod erigit spes affluenter et velociter tribuendo. **Jer. i.** Dabo omnibus affluentem et non interperat. **Isa. lxx.**